

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,  
Phil. pr. Prof. Omnes Academiae Cives ab insano Bacchi Festo dehortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734614373>


Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1639.

- 1) Johannes Kuswede
- 2) " " "
- 3) Johannes Bothmann
- 4) Edictum contra Schorister
- 5) " " " " U. Leges.







PROGRAMMA


Quo  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-  
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

*Omnes Academia Civis ab insano*

BACCHI FESTO  
dehortatur.



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

---

Anno M DC XXXIX.





**M**os est antiquis & jam pridem recepta consuetudo atq. inveterata, etiam apud Christianos, Bacchanalia hoc tempore agitare & solennia insanire. Qui vero sunt isti Christiani? quae ista Bacchanalia? Illi nimirum, qui suo Redemptori ac Servatori

Dn. JESU CHRISTO nomen in Baptismo professi, & in album caelestis Reipubl. relati, in ipsius Imperatoris verba jurarunt, & quod ex ipsius formula vivere, ejus vestigia insistere, seipsum abnegare, & ad subeundum crucis onus ac probrum se comparare velint, sacramento promiserunt. Bacchanalia vero sunt solennes & festi dies, qui sub titulo & appellatione Bacchi transiguntur agitandis conviviis & comessationibus, haud scio, quam sobrius, quamq. moderatis & frugalibus: hoc scio, à plurimis ebrietati, lascivia, nocturnis bacchantionibus, & aliis parum Christianis, parum honestis & studiosorum ordini convenientibus actionibus ita indulgeri, ut pietas periclitetur, honestas ledatur, conscientia vulneretur, DEU Sipse graviter offendatur. Ab hoc in pio festo & lascivo tot tantorumq. virtutum seminario & exercitio, ut juvenis pietati & liberalibus artibus literisq. dedita serio abstineret, praedecessores nostri consultum putarunt, publico eam scripto monere, impietatem, turpitudinem, perniciem rei ob oculos ponere, atq. ita hortari, ut intra limites vocationis & officii sui à Dn. CHRISTO praescriptos maneat, caveatq. ne hosti generis humani se permittat, eiq. in pradam cedat, si neglecta pastoris voce à cetero grege aberret, atq. in aeterni exitii barathrum praecipit ruat. Quae enim impietas est & quanta, ho-



*ta, hominem Christianum, qui seipsum abnegare debebat, ab-  
 negare D E U M, cui fidem juratus promiserat, os in cælum  
 ponere, medium ei digitum ostendere, ac more Gigantum cum  
 ipso D E O bellum gerere? Quæ verò impietas, crucem Christi  
 vel nolle suscipere, vel si invito etiam imponatur, abijcere ac  
 tantum non ejurare? voluptatibus vero, cruci Christiana ini-  
 micis, mancipari, servire turpissimis dominis, iisq; se ducen-  
 dum permittere? Quæ tandem impietas, vestigia Servatoris  
 deserere, & in diverticula seductoris deflectere, ubi laquei  
 dispositi, ubi damnum, dedecus, infamia, ruina, pernicies, exi-  
 tium, omnia certissima & paratissima? Hac ergo tanta tamq;  
 multiplex impietas, quam lacrumis largis oculi piorum deplo-  
 rant, aures abominantur, cum D E U M vindicem justissimum  
 inveniat, nec alium exitum sortiatur, quam qui tanta inpie-  
 tati debetur, cur nobis tam cara est? Cur ea non abstinemus,  
 alia potius, quæ pietas postulat, agimus, cur meditationi Pas-  
 sionis ac mortis Dominica nos certos, nec his tantum diebus,  
 sed aliis omnibus non dedicamus & consecramus? Qua fron-  
 te vero catui vocatorum ad societatem pietatis, & fidei, inter-  
 esse, quibus auribus concionem pœnitentiæ & remissionis pec-  
 catorum audire; quo animo considerare, quæ de magnitudine  
 & multitudine peccatorum nostrorum quotidie nobis incul-  
 cantur, quæ nobis de ira & odio D E I adversus peccata præ-  
 dicantur & occurrunt; quæ conscientia in loco sacrosancto se-  
 dere possumus, qui hesternæ crapulæ marcidæ, comestationes  
 ructamus, lasciviam, bacchationem, turpes & impudicas vi-  
 gilias olemus, ex loco impuro, flagitioso, infami surgentes, in  
 conspectum D E I, sanctorum angelorum, & Ecclesiæ tam tri-  
 umphantis quam militantis prædire non erubescimus? rva-  
 torem nostrum legimus, audimus, ac tantum non ante oculos  
 videmus, in vincula conjectum, ad iniquos iudices rapitum,*



*Colaphis acceptum, ludibrio habitum, spinis coronatum, in  
erucem actum, clavis confixum, hasta vulneratum, ad necem  
crudeli supplicio multatum: Eos vero, qui sunt peccatis hac om-  
nia, atq; ipsum adeo aeternum exitium, erant meriti, quibus  
hac poena debebatur, in vino, ad lucernas, in lustris, aliisq; li-  
beris locis opera tenebrarum patrantes, os impurum ad impium  
risum diducere, vocem ad impios clamores ac tumultus expe-  
dire, manus ad gladium parare, pedes ad exitium dirigere; &  
cum Servator noster interim hanc nostram conqueratur mi-  
seriam simul & malitiam, & lacrimis etiam testetur affe-  
ctum, & apud patrem pro nobis intercedat, eumq;, ne hac &  
alia flagitia nobis imputare velit, roget, brachis & manibus  
expansis ad amplexum nos invitet, nihil deniq; omnium, qua  
ad nos patri conciliandos erant necessaria, modo nos qua no-  
strarum erant partium, prestaremus, intermitat. Hac om-  
nia petulanti licentia & inobedientia negligere, rejicere,  
contemnere, extrema certe & flagitiosa est impietas, qua  
nullam excusationem admittat blasphemia. Qua vero ho-  
nestas vel cogitari aut fingi possit in tanta morum actionumq;  
manifesta & evidenti feditate. An honestum est, imaginem  
**DEI** in larvam Cacodemonis transformare? Atqui id fa-  
ciunt, qui cum sint sanerationis compotes, fatuorum perso-  
nam sumunt, & scite agunt, belluinos gestus imitantur, obvios  
quosq; latratu canino adoriuntur, bovinantur, (liceat enim  
verbo obsoleto mihi rem nimis usitatam, exprimere) lupos  
dentibus, leones unguibus, fatuitate & ineptia Simias, hircos  
lascivia, alias bestias aliis feditatibus pene plusquam bestia-  
libus agunt referuntq;. Principis imaginem auream vel mar-  
moream si quis comminueret, inq; luteam speciem cujuscunq;  
bruti reconcinnaret, quam hoc illo dignum, quam se facturus  
esset, quam ab illo gratiam & praemium, quam ab honestis  
viris*



4  
virie laudem esse relaturus? Atqui haec ipsius DE limago  
est, qua tam turpiter mutatur, tam inhonesta deformitate,  
polluitur, labe adspergitur, adeoque planè aboletur & in nihi-  
lum redigitur. An honestum est & virili dignitati consenta-  
neum habitu muliebri indutum & effeminatum incedere,  
qui vir sit? aut virili mulierem? quod inter abominabiles in-  
prietates cum ex autoritate divina censeri dignum sit: nos in-  
honestatis insuper accusamus. Muranam Cato in iudicio Ro-  
mano graviter accusat, quod in Asia saltaverit: quod cum  
non siue comitatu multorum vitiorum fieri potuisse videret-  
tur, Cicero patronus veram esse negat, quod ista reo minimè  
convenirent. Quid Cato ille dicturus fuisset, si in schemate  
muliebri saltasset reus aut saltasse dictus fuisset? Quasi vir  
gravissimus planè indignum isto honore iudicaret, virum sal-  
tare. Atqui nō saltant solum orgiasta, sed in habitu isto gesticu-  
lantur quoq; ut simiae, lasciviunt ut vituli, luxuriant ut in ha-  
bitu Cumano caballi Arcadici. Quod cum honestate quàm cō-  
veniat, nemo, ut opinor, tā caeus est, quin videat, aut adeo stu-  
pidus, quin intelligat. Sed exitū videamus orgiastarum Baccha-  
nalitiorum. Non omnium, dicent: At quorundam saltem.  
Cuius vero accidere potest, quod cuius accidit, praesertim  
bene merito. Primum jus publica luxuria & petulantia da-  
tum, animos contagione inficit: & quod puer in grandioris  
bus videt, ex iis cupide discit, nec citius ad atatis annos, quam  
ad operis quod vidit, imitationem accedit. Olim dies erant  
Bacchanalia, quibus licere putabatur, quod Paschalibus non  
liceret: nunc annum occupans, & eo toto vix dediscitur,  
quod unius mensis vel septimana prava consuetudine, quasi  
contagio quodam, acceptum vel arreptum est. Nos flagitiis  
adsuetos deterrent vel minae caelestes vel poena divinitus, con-  
stitutae & paratae, adeoque praesentissimum exitium in pietati &  
petu.



petulantia debitum. Deuter. 22. 5. severe prohibetur, ne vir muliebria, ne mulier virilia vestimenta sumat, cum ea res DEO sit odiosa & abominabilis. Hujus odij & abominationis vim experti sunt, qui suis cupiditatibus indulgere, Bacchicam lasciviã exercere, & se odio divino dignos reddere potius, quã revocantis ac dehortantis DEI vocem audire maluerunt. Possent exempla in rem presentem citari, sed ea nec hujus charta sunt, & alij occasione servabuntur. Nisi omnem DEI timorem abjecisse, omnes ejus minas aspernari, omnes pœnas, etiam praesentissimas contemnere, & stupore vel exadignitã correpti videri velimus, unum sufficiet nobis, quod ante oculos positum in sensus omnes incurrit: Calamitosa hujus vicinia facies, vox & ululatus exulum, quærela & lamenta pauperum, examina miserorum hominum fame, igni, gladio, sune, alio tormentorum nec nominando apparatu, peremptorum. Quo fonte derivatam putabimus hanc tantam eladem, in populos fluxisse & hanc terram? Curios quidem simulamus, pietatem gestu, vultu, voce profitemur, Verbum DEI in ore habemus, imo & fidei quæ sunt, facere videmus, & quasi bonæ arbores, quasi fructus pœnitentiæ dignos ferre, & speciosos quidem. Sed ad rem ubi ventum est, Bacchanalia vivimus, in conspectu DEI cor probantis, meri hypocrita, verbum salutis & fidei labijs professi, salutarem DEI timorem & obedientiam, perosi, charitatis erga proximum exercendæ oblitii, nec magistratum, nec leges veremur, simultates & odia mutua excitamus ac fovemus, mellitos verborum globulos, quasi ex formula recitamus, interim diras & execrationes corde meditamur, dolos nequimus, exitiales fraudes machinamur, castitatem & pudicitiam in fronte promptam gerimus, vestitu ex otico & moribus indecoris lasciviam profitemur, epulis copiosis, ad splen-



ad splendorem & luxum inutilem, imo valetudini damnosum  
paratis opes prodigimus, quas malis artibus, mendaciis & in-  
posturis reparare, non sine grandi damno incanti proximi  
studemus: obrectare, calumniari, maledicere absenti pro li-  
cito, ludo & joco habetur, imo laude & precio apud nonnul-  
los dignum judicatur. Et quis par sit recensendo omnes  
hypocritici seculi formas, nocendiq, artes? Ex quibus rivuli  
gravissimarum penarum in has aliasq, terras ita fluxerunt,  
ut nisi DEUS meatus & canales illorum obstruat, ostia  
claudat, totamq, diluviem porro avertat clementer, sub-  
merisionis presentissimo periculo simus quam proximi. Qua-  
re tempus est, Cives Academici, ut omissa Bacchanalium in-  
sania, deposito furore Ethnico, ad mentem saniozem rede-  
amus, timori divino studeamus, veram & seriam peniten-  
tiam agamus, & Servatoris nostri acerbissimam passionem  
ac mortem ita meditemur, ut ne frustra pro nobis passus ac  
mortuus, frustra preciosus ille sanguis, quo nos redempti sumus  
pro nobis effusus videatur. Non opus est, ut accersitis larvis  
deformati prodeamus, larvarum satis superq, ex officina  
antiqui inpostoris, versuti veteratoris, & pantomimi prola-  
rum, & miseris hominibus applicatum videmus in mendico  
illo & caeco Evangelico; & aliis ad eundem modum larvatis  
ac deformatis. Nonne greges numerosi & caterva inte-  
gra mendicorum domus & fores nostras obsident, in quibus  
morborum, & aliarum calamitatum larvas nimis veras,  
minime simulatas videmus? His illas derrahamus potius,  
quam nobis novas acquiramus & adplicemus; subvenia-  
mus miseris, sublevemus agros, esurientibus panem fran-  
gamus, potum sitientibus offeramus, tegamus nudos, sepe-  
liamus mortuos & alia faciamus qua videmus CHRISTUM  
fecisse, & ad subeundem ejus crucem parati simus: ita fiet, ut  
ejus



*ejus vestigia secuti cum ipso in regnum gloria ingrediamur,  
& eterna vita potiamur. Sin verò perseverantes in Bac-  
chica insania vocem DEI negligere pergemus, vel apertè  
impii, vel simulatè pii, non deerit, qui & larvam simulantibus  
detrahat, & apertam impietatem justa severitate coerceat  
ac debita pœna mactet. P. P. sub sigillo Rectoratus  
Anno 1639. die 24. Februarij.*













atque debilitet, postquam semel ac iterum legum  
sancta & inviolata esse non possunt, nisi iusto ter-  
star, muniantur.

VII. Ac quoniam sapientis accedit, ut qui nihil a  
excusent, ignorantiam culpae praetexere soleant, id  
doctores, ut omnes, qui nomina sua profitentur apud  
numerum recipi possulant, sive jam primum acce-  
olim in iis vixerint alibi, non modo de hoc decre-  
antur diligenter, sed ut iidem religiose promittant  
menti Academici capita (prout recepta admittit ra-  
hanc sanctionem nostram molituros unquam aliq-  
alii ipsis hoc improbitatis genere molesti fuerint.

IX. Sed quia fieri potest, ut aliqui praeped  
territi, officii sui obliviscantur; dandum negotium  
Pedellos appellare consuevimus, pro eâ fide, quâ a  
Reipublicae Academicæ sunt, inquirendi diligen-  
bras scelera, & quæ sunt fallere) sicut in alias action-  
pennalificationes istas nefarias (nam quidni barbarâ  
barâ ac monstrosâ voce appellabimus?) ut protra-  
bris, & iusto rigore vindicentur.

X. Atque ut omnes via ac aditus obsepian-  
se, ac serpere latius tam pestilens malum possit, nav-  
per ordinarios Magistratus Hospitibus, Cauponi-  
quocumque nomine venire possunt, qui in huiusmodi  
quæ non tantum necessitati corporis, sed erapulae et  
terdicatur ferio, ne procurare has comestrationes, v-  
cie, aut adjuvare saltem quacumque ratione sustinean-  
pensas, pretiaque rerum, quas praebere, & arbitraria  
esse.

X. Porro cum infinitae fraudes & machinae si-  
ritus insidiari bonis moribus solet, ac illud omne, quod  
honestatis rationem compositum bene ac ordinat-  
turbare assidue contendit; quod, extinctâ virtute om-  
petulantia impotens ubi vis rerum potitur, & cunct-  
eamque ob causam elaborandum sedulo sit, non tar-  
compescatur improbitas, quam nunc praecipue nobis

mpit. Quæ  
custodis in-  
o pravè facta  
umbent Re-  
rudiosorum  
nias, sive jam  
to admonere  
era auctora-  
fos contra  
mulaturos, si  
terminando  
icis, quos &  
agistratui &  
fermè late-  
um; ita in-  
quæ rem, bar-  
a è suis tene-  
os insinuare  
operam, ut  
pernariis, &  
ut quæstum,  
erviunt, in-  
etiam spe-  
ros eos im-  
puniendo  
yam ille spi-  
justitiæ ac  
llere ac dis-  
impietas ac  
confundat;  
modis hæc  
causam ob-  
scenam.

